eciam facere licitū est. ¶ In cōtrarium est quia error esset credere papā nō
esse caput tocius ecclesie. sed quicumqz credit a pp posse appellari ad homi-
nem vel deū ordine iudiciario credit papā nō esse caput tocius ecclesie. er-
go sic credere error est. ¶ R. Dicendū quod articulus fidei est credere vnā
sanctā catholicā et apostolicā ecclesiā. vnitas aūt istius ecclesie et firmitas ē
ex vnitate et firmitate capitis. Quicūqz autē credit a pp posse appellari
in p̄senti vita ad hominē credit aliud caput esse in ecclesia p̄ter papā et
sic nō credit ecclesie vnitatē. quicūqz autē credit a papa posse appellari ad
deū ordine iudiciario. credit huiusmodi ordinē iudiciariū nō esse institutū
inter homines fieri in p̄senti vita et sic peccat cōtra apostolicam auctori-
tatem. vnde puto quod sit error credere a papa ad deum vel hominem in p̄-
senti vita posse appellare. potissime temerarie et pertinaciter hoc defenden-
do. ¶ Ad p̄mum ergo est dicendū. quod illud qd' est naturale in vno potest
contra naturam esse in alio. Naturale namqz in igne est calefacere. et cō-
tra naturam in aqua. sic naturale est vt potestas inferior super causa in-
iusta recurreret ad superiorem. sed quod subtrahat se vniuersaliter a superio-
ri est cōtra naturā quia tunc supremū nō esset sup̄mum. ¶ Ad secundum ē
dicendum quod quicumqz pertinaciter defendit contra illa que determinata
sunt per quatuor concilia heresim incurrit quia illa approbata sunt per ec-
clesiam sicut quatuor euangeliste. vt scribitur. xv. di. ca. sicut. Sed in ca-
pitulis ephesini concilij inuenitur quod a sedis apostolice sententia nulli ap-
pellare liceat. ¶ Ad tercium est dicendum quod vniuersaliter homo tenet̄
vitam suam conseruare tā naturalem q̄ moralem quantū potest. sed in ca-
su fidei vel pro vitando maiori periculo seu pro vtilitate reipublice tenetur
se mortis periculo exponere.

## ¶ Questio septima de rep̄hensione Pape.

Deinde cōsiderandum ē de pape rep̄hensione circa quod querunt̄
quatuor. Primo. Vtrū ad papā se extendat fraterna rep̄hēsio
Secūdo Vtrū rep̄hensio pape debeat fieri in secreto vel in aperto
Tercio. Vtrū si pp non audit rep̄hendentem sit dicendū ecclesie. Quarto.
Vtrū papa de omni pcco rep̄hendi debeat ex p̄cepto.

Ad primū sic pceditur. videtur enī quod ad papā se nō extendat frater-
na rep̄hensio. quia scribit̄. exo. xix. Bestia que tetigerit montē lapida-
bit̄. per montē vero pp. per bestiam autē quilibet inferior. per tangere aūt
rep̄hensio intelligitur. vt glo. dicit. Itē. ij. regum. li. c. vi. scribitur. quod Oza p-
cussus est qui tetigit archam dn̄i per quam pp significatur. Similit̄ Nui.
xij. scribit̄ quod Maria soror Aaron percussa ē lepra. quia corripuit moysen p̄ncipē
et ducē ppli. nō ergo ad papam se extendit fraterna rep̄hensio ¶ P̄ opera
iusticie qn̄qz dimittenda sunt ppter scandalū vt excōmunicatio p̄ncipis

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-587/0112
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG